

TRACTATUS
DE IVRE PA-
TRONATUS PER-
UTILIS ET QVOTIDIA-
NVS CLARISSIMORVM
I. V. C.

D. ROCHI DE CVRTE PAPIENSIS;
D. PAULI DE CITADINIS,
D. IOANNIS NICOLAI DELPHINATIS.

*In quo dilucidè & doctissimè tota Iuris Patronatus materia
tractatur tam plenè, vt nihil copiosius haberi possit.*

CVM SVIS SVMMARIIS ET TABVLA SIN-
gulari abundantissimè suis in locis appositis per ordinem
Alphabeti, materias dispersas in vnum
complectentibus.



FRANCOFVRTI,
Typis W. Iulijffgangi Richteri, sumptibus here-
dum Nicolai Bassai.

ANNO cl. lcc. IX.



INDEX CAPITVLO-
RVM HVIVS TRACTA-
TVS DE IVRE PATRO-
natus.

I uris patronatus definitio & eius ap- pendentie. fol. 2.
Ius patronatus an sit temporale, vel non temporale. 21.
Episcopus an possit facere institutionem absque presen- tatione. 57.
Onus in iure patronatus in quo consistat. 169.
Utilitas que provenit ex iure patronatus in quo consi- stat. 177.
Ius patronatus an competat foemina sicut masculo. 192.
Ius patronatus an possit haberi in ecclesiis cathedrali- bus. 219.
Ius patronatus quando dicatur esse in hereditate testa- toris. 277.
Fundare ecclesiam quando quis dicatur. 323.
Construere quando quis dicatur ecclesiam. 337.
Ius patronatus an acquiratur ex sola dotatione. 365.
Ius patronatus quot modis transferatur de vna persona in aliam. 400.
Tractatus e verbum, quot modis in iure capi possit. 512.
Iurium genera quot sint. 516.



TRACTATUS

PERVUTILIS ET QVO-

TIDIANVS DE IVRE PATRO-

natus, Clarissimi vtriusque censuræ Doctoris

domini Rochi de Curte Papien. Iura Canoni-

ca ordinariè legentis in alma Ticinensi Aca-

demia, per eum editus super rubrica de Iure

patronatus, cùm lectioni iuris canonici ve-

spertinæ præfectus esset: Summariis in hac vl-

tima impressione cuilibet verbo huius tracta-

tus præpositis: vnà cum Tabula alphabetica

abundantissimè singulas materias per totum

hunc tractatum dispersas complectente.

PROLEGOMENA IN TRACTA-
tum sequentem.

ARGVMENTVM.

Iuris patronatus definitio, & eius ap-
pendentiæ.

SVMMARIA:

- 1 *Ius patronatus quid sit.*
- 2 *Ius patronatus est triplex.*
- 3 *Ius patronatus an post ecclesiæ consecrationem possit
acquiri.*
- 4 *Ecclesiæ ad hoc vt dicatur deducta in esse; tria debent
copulatiuè concurrere.*
- 5 *Patronus quare quis dicatur.*
- 6 *Præsentatio, quæ patronis competit, quæ sit.*

PERVUTILIS TRA-
 CTATUS I VRISPATRO-
 NATVS CVM SVMMARIIS DI-
 stinctionum, ac causarum quæstionum
 Decreti, per I. V. Doct. D. Paulum de Ci-
 tadinis de Collegio dominorum iurispe-
 ritorum Mediolani, editus, dum ordi-
 nariam iuris ciuilis Friburgi lege-
 ret: cumque nouis summariis
 nuper adiectis.

Ad lectorem Pauli autoris carmen.

QVIS QVIS es, exardens patroni noscere
 iura;

Vt sacris dentur omnibus & laicis:

Causas inspicias varias, quæ talia iura

Præstent: ac genera plurima conspicias:

Ius quia concedat sacrum: quàm dissona iura

Patroni: quàmque conferat accipies.

An cuius tale incumbat ius, quomodo, quando?

Vt plures capiunt: transeat: atque simul

Distent à laicis vt sacri: perdere quisque

Vt possit: libro hoc singula percipies.

Alphabeti index monstrabit singula quæque:

Index per partes optima quæque docet.

Index & pariter monstrabit singula certè,

Distinxere patres, quæ & vo: uere, iura

Decreti libro: caueas tu parcere paruo

Æri: thes. utros perdere non cupias.

*Hac de gente satus iuris professor acutus
Cognitus externis Paulus vbique viris;
Protulit in mediam certissima tela palestram,
Esse quibus victrix causa probata potest.
Dij bene vortant.*

**A D M A X I M I L I A -
N V M , D E I G R A T I A R O -
M A N O R V M R E G E M I N V I C T I S -
simum, Cæsaremq; semper Augustû, terrestrem
patronum vniuersalem & dominum, suumque
præcipuum dominum fauentissimum Pauli de
Citadinis Mediolanensis, Iuris vtriusq; docto-
ris legumque professoris ordinarii in eiusdem
Maximiliani inclyta vniuersitate Fribur-
genfi Briscaud. Dedicatio Tra-
ctatus sequentis.**

C O N S T A T, Diue Maximiliane, Prome-
theum Iapetidem Arcadiæ virum acu-
tissimi ingenii, spectatæq; peritię homi-
nes incompositos ac rudes ad politiores mores
reduxisse, Augustin. teste in libro 18. de ciuitate
Dei, ex lutoque corporibus compositis igneum
spiritum è cælo raptum inspirasse: animamque,
& sensus (vt veteres sinxere ingeniosi poetæ)
insufflasse. Vnde fit rex illustrissime & Cæsar in-
uictissime, vt cum rudem quandam molem, in
iuris patron. materia formauerim, & codicillos

D. IOANNIS NI-
COLAI DELPHINA-
TIS IN LIBRVM DE IV-
RE PATRONATVS
praefatio.

IN hoc nostro libro, quem in duos libellos diuisum esse volumus, de Iure patronatus, deque omnibus ad illum spectantibus, quàm breuissimè, tum utilissimè agimus. Primo enim libello ponimus, quid sit ius, & quotuplex; tum quid ius patronatus, unde dicatur, quonam modo, per quos, & coram quibus constituatur: atque inter impensionum materiam, ut maximè scitu dignam, explicamus. Secundo autem libello, iuris patronatus utilitas, quonam sit, & qualis, & quidnam agendum patrono incumbat, dicimus: & eo, quod incumbit, non agente, nunquid iure patronatus priuari possit, quarimus, ac determinamus. Nouissimo loco beneficiorum permutationes compendiosè subiungimus: atque ita, ut etsi quàm breuissimè, nihil tamen videatur omissum. Dignitates enim, personatus, officia, beneficia, tum simplicia, tum dupli-

D. IOANNIS NI-
 COLAI DELPHINA-
 TIS, AVENIONENSIS EC-
 CLESIAE CANONICI, IV-
 ris patronatus, pensionum, ac
 permutationum liber
 primus.

ARGUMENTVM.

*Ius quid sit, & quotuplex; in multas enim species, tan-
quam partes, distributum esse constat.*

I RGO ius est † ars boni, & æqui,
l. i. de iusti. & iur. ff. & generaliter
 capitur ius pro eo, quod iubetur à
 Deo, natura, consuetudine, vel le-
 ge generali, vel speciali, vt statuto;
 & procedit, dum dicitur, est ars, &c. intelligendo
 pro scientia iuris, prout dicitur esse in mente ho-
 minis habentis notitiam diuinæ, & humanæ le-
 2 gis, & † effectus iustitiæ, qui est reddere vnicui-
 que, quod suum est. & dicitur à iustitia. quidam
 tamen à iussu per apocopen ducunt. nihil enim
 aliud est ius, (vt dictum est) quàm quod vel Deus,
 vel natura, vel gens, aut populus, aut ciuitas, vel
 consuetudo iubet: quod iurisconsulti diffinitio-
 ni non refragatur, dum Celsus ait; est ars boni &
 æqui.